

(427) DE 1928 K 944 L 517
ORATORIS INSTRVMENTO
PHILOSOPHICO
AD CAP. XXXI. DIALOGI
DE
CORRVPTA ELOQVENTIA
ITERVM DISPVTABIT

THEODORVS IOANNES ABRAHAM
S C H V T Z E

A. M. SCHOLAE VITEBERGENSIS CON-RECTOR

D. MAII MDCLXIX.

H. L. Q. C.

R E S P O N D E N T E

CAROLO GOTTLIEB VVALTHERO
OELSENGRUND MISN. THEOL. CVLT.



V I T E B E R G A E
EX OFFICINA GERDESIANA.

1769



СЯ
ОТКРИТИЯ ИНСТИТУТИО
ПРИЛОЖЕНИЕ

ДЛЯ УЧЕБЫ И ПРАКТИКИ

ВЪ ВЪДѢИАНИИ

СОВЪРШЕНІЯ ПОДЪІМЪІЯ

ДЛЯ УЧЕБЫ И ПРАКТИКИ

ИМПЕРІАЛЬСКОЙ АКАДЕМІИ АРХИТЕКТУРЫ

СЕКТОРЪ

А. М. СОХОЛЪ АКАДЕМІИСС СЕКТОРЪ

ДЛЯ УЧЕБЫ И ПРАКТИКИ

СЕКТОРЪ

АКАДЕМІИСС СЕКТОРЪ

СЕКТОРЪ ГОДЛІІА СЕКТОРЪ

ДЛЯ УЧЕБЫ И ПРАКТИКИ

СЕКТОРЪ ГОДЛІІА СЕКТОРЪ

ДЛЯ УЧЕБЫ И ПРАКТИКИ
АКАДЕМІИ СЕКТОРЪ



DE
ORATORIS INSTRVMENTO PHILOSOPHICO
DISPV TATIO ALTERA.



Quam nuper publicae luci exposui disputationem, ea *Prioris con-*
mente scripseram, vt, quantum ad eloquentiam *continuatio.*
fecerit dialectice, a Stoicis praesertim culta,
proponerem. Qua in re nouimus, quod in tali
negotio difficile factu est non committere, ita
nos aliquoties locutos esse, quasi dialectices dignitatem et veter-
ris, et nostrae, quam logicam dicunt, animus fuerit commen-
dandi. Dialectices autem, quam antiqui tradiderunt, cum
longe alia sit forma, ac logices quidem apud nos; etiam, vbi
origo et breuitatis istius velut incunabula indaganda erant, de
illorum philosophorum differendi ratione necessaria haud ne-
glexerimus addere: facile, vel me tunc nihil monente, animad-
uersurum lectorem fuisse puto, quae a nobis quidem dicta
fuerint, ad solos veteres siue oratores, siue philosophos spe-
ctasse.

F

etasse. Igitur exposita seuera Dialecticorum breuitate, pergit
mus nunc differere, quae de Peripateticis dicere tum non va-
cabit. Atque hos in Dialogo, in quo explicando nostra versa-
tur opera, donec ad iuniorem philosophiam, vetere descripta,
ventum fuerit, commendari meminerimus, quod fusam, et ae-
qualem, et ex communibus ductam sensibus orationem summi-
nistrarint. Quare nostra de iis oratio describetur in duas partes:
quarum altera, quid de Peripateticis dicatur, interpretabitur;
altera demonstrabit, causae quid sit, cur dicatur.

§. VIII.

Fusa et ae- Ac primus quidem locus requirit verborum explicatio-
qualis oratio nem: quam quilibet videt in eo positam esse, ut, quid sit ora-
quomodo in- tio fusa, quid aequalis, quid denique ex communibus ducta
interpretanda sensibus, declaretur. Vnamquamque enim, quae a ratione
suscipiatur, institutionem de aliqua re, debere a definitione,
non subtili illa quidem, et secundum Dialecticorum praecepta
facta, sed apta et minime obscura proficiisci, dixit non modo
is, a quo suo in genere optimae disputationes relictae sunt, sed
ii etiam omnes uno fatentur ore, qui sciunt, eum haud pessime
secutos, se se non male scripsisse. Hoc vero forsitan quibusdam
ineptum videbitur atque alienum, de verbis exponi, quae trita
sint, et satis visitata. Quid enim vulgarius, oratione fusa?
quid magis in ore, quam sensus communis? Est istud vero ali-
quid, sed nequamquam iste tam frequens usus efficit, ut intelliga-
tur, quid sit id, de quo in Dialogo disputetur. Nam omnino
illud sciendum est atque tenendum, quod olim a viris doctis
traditum est, nostra vero aetate sapienti consilio repetitum,
atque adeo propagatum ab Ernesto, qui mihi quidem vir abun-
dans interpretandi laudibus videotur: nimurum videndum esse,
ne in ornata tropis oratione, verbis vtcunque intellectis, aut
cum

41

cum aliis, aequae obfleuris, permutatis, iustum te putes asse-
qui sententiam, nihil fecius anceps postremo aditus pericu-
lum errandi turpiterque labendi. Etenim ea, quae in tropis
saepius inest similitudo, dum imaginandi vim abripit et inten-
dit, vti solis radii oculos corporis praestringunt, ita mentis
aciem illa quoque habet, nihil prorsus tale opinantem. Nos
hic minus cauemus periculum; et quamuis de fusâ aequalique
oratione disputatio nulli pestifero et capitali, quo excaecati ca-
ligemus, errori pateat; subuerendum tamen est, ne res leues
neglexisse poeniteat tum, cum vel specimen negligentiae de-
dile arguamur, vel in maioribus negotiis similis negligentiae
penas daturi, sero sapere videamur. Ita operam adhibebi-
mus, vt, quid velint sibi ea verba, plene assequamur. Sole-
mus inter legendum, ad verbum aliquod translatum delati, pri-
mo circumspicere, num aliud forte adsit, quod nativa sua signifi-
catione illius accepti vim notionemque doceat. Cum enim
optimi scriptores, et graeci, et latini, ita loqui soliti fuerint,
vt saepissime tropos, adiunctorum verborum proprietate, ipsi le-
gentibus faciles intellectu fisterent: haec expediundae superan-
daque difficultatis ratio est cum minime difficilis, tum vero
ad fidem longe tutissima. Quare in nostro loco mentem ad-
uertimus ad voces *aqualis et ex communibus ducta sensibus.*
Licer autem confessim intelligere, hoc de communibus sensi-
bus, aut orationis aequalitate, vel aliud quid innuere, quam
fusum illud, vel certe aequae obscurum esse. Primum enim
oratio ex sensibus communibus diuersa est necessario ab ae-
quali, deinde in pronuntiando quidem aequalitatem, ne sermo
subsultet imparibus spatiis ac sonis, misens longa brevibus,
grauia acutis, elata submissis, et inaequalitate horum omnium,
sicut pedum, claudicer, memini commendare Quintilianum
(Inst. lib. XI. 3.) in dicendo vero quid sit aequale, nunquam

F 3

ego

ego quidem me legere commenini. Non enim sufficit , de membrorum gratia aequalium cogitare: qualia haec sunt Ciceronis , laudante Quinctiliano: (l. c. IX. 3.) *si quantum in agro locisque desertis audacia potest, tanquam in foro atque iudiciis impudentia valeret: non minus nunc in causa cederet A. Caecina S. Aebutii impudentiae, quantum in vi facienda cessit audaciae.* aut quale eiusdem habes exemplum pro Archia c. VIII. Ergo illi alienum, quia poeta fuit, post mortem etiam expertunt: nos hunc viuum , qui et voluntate et legibus nostra est, repudiamus? aut cap. X. Ergo illum, qui haec fecerat, Rudium boninem, maiores nostri in ciuitatem receperunt: nos hunc Heraclensem , multis ciuitatibus expertum, in hac auctem legibus constitutum, de nostra ciuitate eiciemus ? Nam, hoc si statuimus, non satis apta scriptoris nostri sententia prodeat hunc in modum: qui comprefas atque contractae fidem habent orationi, apud hos proderit dialecticam imbibisse; qui vero aequalium membrorum structura delectantur , eorum quidem, si Peripateticis, locorum in omnem disputationem patratorum artificibus , operam studiumque tuum addixeris, anima te mouebunrur. Quid, quædo, loci ad illam elocutionis similitudinem? num periodi alieniores a copia , quam membra? suntne potius illae similiter crebrae in copia , atque haec? Quomodo membrorum aequalitas cum breuitate iungitur dialectica ? Et quid multa? hoc, opinor, Dialogo non congruit. Loquitur in eo Messala de causis eloquentiae a vetere gloria declinantis. Parentes negligentiae, et præcipientes inscientiae accusat. (cap. XXVIII. seq.) Ciceronis exemplum, omnes philosophiae partes penitus callentis , Achiam et Asiam, ut omnem artium varietatem complectetur, peragranitis, nullius ingenuae artis Scientiam ignorantis, commemorat. (c. XXX.) Pergit postmodum: cognitam naturam humanam et vim virtutum,

tum, prauitatemque vitiorum, et intellectum eorum, quae nec in virtutibus, nec in vitiis numerentur, haec qui omnia perspecta sibi reddiderit, ex his quasi fontibus artem sibi haurire, qua ira vel instigetur, vel leniatur, ad miserationem homines impellantur, animorum habenae teneantur. Hoc instrumento, ad omnem usum reposito, qui ad dicendum armatus venire velit, illum Dialecticis, Peripateticis, ceteris philosophis instituendum se tradidisse, perquam utile esse. Hac sermonis via quomodo ad membrorum solam aequalitatem diuertat Mefala? Hinc non tantum elocutionis laude, verum quoque inuentionis Peripatetici erunt afficiendi. Quae quidem sententia, quanto minus obscurum, in consequentibus de locis dici, tanto profecto patet apertius. Itaque respiciamus ad orationem fusam. Redeundum enim ad hoc videtur, cum illud aquale nos non adiuvat. Hic redit in memoriam Heineccius, qui fusam eam dicit orationem, *quae vel incisim, vel membratim procurrat.* De Fundam. Stili p. 84. Illud vero incisim et membratim loqui potest quidem fusae nomen non male accipere, modo recte intelligatur; sed Heinecium, dicto loco, meliora iam docuit Gesnerus, quod ad incisa et membra pertinebat, addiditque is minime pauca exempla, quibus nos adiicimus de membris Sallustii haec: (de B. Cat. sub fin.) *Interea Catilina cum expeditis in prima acie versari: laborantibus succurrere: integras pro sauciis arcessere: omnia prouidere: multum ipse pugnare: saepe hostem ferire.* et Ciceronis illa pro Roscio c. XXIV. fane pulcra: *sua quemque fraus et suis terror maxime vexat: suum quemque scelus agitat, amentiaque afficit: suae malae cogitationes, conscientiaeque animi terrent.* itemque Dianaec illam descriptionis partem, Deae venustate dignae (Verr. III. 34.) *Sagittae pendebant ab humero: sinistra manu retinebat arcum: dextra ardensem faciem praeferebat.* Ideoque incise loquitur
de

de Paradoxis prope ad finem: *filiam quis habet? pecunia est opus. Duas? maiore. Plures? maiore etiam.* Commata cum membris suauiter miscet: (Verr. IV.XXIX.) *Iuber iste posterius ad se reuerti: mirum illi videri. mittit iterum non redditur. ipse bominem appellat: rogat, ut reddat.* Largiter haec sunt excerpta, ut appareat, qualis ex mente Heineccii sit oratio fusæ; quae si non melius, at distinctius soluta dicitur ab aliis. Vid. Strebæus de Verborum Elect. p. 146. sq. Ego vero impetrare a me non possum, quin mihi persuadeam, apud veteres fusam orationem aliter nonnunquam capiendam esse, atque ab soluta, quæ dicitur, eademque non vorſæ, sed vinclæ atque in orbem circumactæ opposita orationi, parumper disiungendam. Sicuti enim in vulgus notum est, fuse dicere illum, qui nec rerum apparatu caret, nec verborum copia egeat: ita, si quid intelligo, fusam orationem ei tribuendam esse, qui fuse dicat, vero est simile; nec fusum genus, ut eredo, vincò et circumductò, sed contorto asperitatique opponi solet. Quod ut credatur, exemplorum debet collectio efficere.

§. IX.

Veteres qualem fusam appellent. Locus Ciceronis, quem lubenter sequimur, primus se offert, qui inuenitur de Orat. II. 15. *Verborum autem ratio, et genus orationis fusum atque tractum, et cum lenitate quadam aequabili profuens, sine bac iudicali asperitate, et sine sententiā forenium aculeis persequendum est.* Fusam habemus orationem, quæ asperitati opposita, nominetur lenis atque tracta. Et licet haec verba, ob diuersam et ab antecedentibus abhorrentem verborum constructionem, Tullii interpretem paullisper remoren̄t; quia idcirco fit, ut elegantissimi scriptoris mens tecta quodammodo videatur: vere tamen si iudicare

carē volumus, illa verborum quasi discordia non spero, modo
 nobis non obest, sed prodest quoque in eo, quod diligentius ad
 illa, quae prius dicta sint, attendimus. Vnde discimus, loqui
 Ciceronem de historia illa, quae scribatur more paene rhetorico.
 Hinc discernitur ab ea, quae sine vllis ornamentis mon-
 nimenta solum temporum, hominum, rerumque gestarum re-
 linquat. (cap. XIII.) Inde quoque exornatorem rerum, nō
 narratorem, qui abstinenſ concisa et angusta philosophorum
 disputandi ratione, (cap. XIV.) ita loquatur, vt hominibus,
 qui non sint eruditissimi, familiaris habeatur, quique orationis
 flumine et varietate gaudeat, (cap. XV.) hunc igitur rhetorum
 praeceptis instructum amplificatorem quas leges in componen-
 da historia sitas ante oculos habere deceat, enucleari intelligo.
 Quamobrem dubitandum non est, quin de copia, eademque am-
 plia, et partim verborum delectu, partim lenitate ornata pracci-
 piatur. Itaque orationem fusam eandem putes, quam copio-
 sam, ornatu elocutionis adiecto. Etenim tracta simul est, quae
 fusa dicitur. Tractus autem orationis lenis et aquabilis des-
 derat verborum suauem politumque bitum, monente ibidem
 Tullio c. XIII. Atque ex his nunc potest intelligi, tractam et
 aquabilem orationem apud Ciceronem respondere fusac et ae-
 quali, quae apud nostrum tribuatur Peripateticis. Est enim vtraque
 fusa, aequalis, communibus sensibus accommodata: vtraque
 etiam breui et adductae orationi dissimilis: neutra denique aspe-
 ra, siue pugnax. Quare fusam de copia explicemus, si ea
 siue in membris et incisis, siue in periodis. Quod amplius
 possumus etiam confirmare, si cum celebri Heineccio in gra-
 tiā prius redierimus, ut quem ante offenderimus, cuin fusum
 dicendi genus de membris et incisis dici nollemus. Neque
 vero tum omnem eius sententiam negauimus; modo cupieba-
 mus ostendere, nequaquam fusum illud orandi genus in solis

G

mem-

membris, vel incisis ponendum esse. Vid. STREBAEVS l. c.
 p. 238. Hic assert periodon, quae constat quinque membris,
 quorum vnumquodque binis incisionibus diuidit. Ipsum autem
 locum perspicuitatis causa quid prohibet addere? Si auctorita-
 tes patronorum in iudiciis valerent, ab amplissimis viris L. Cor-
 nelii causa defensa est: si usus, a peritissimis: si ingenia, ab
 eloquentissimis: si studia, ab amicissimis et cum beneficiis cum
 L. Cornelio, tum maxime familiaritate coniunctis. Evidem
 primum et extrellum membrum in binas incisiones diuisa no-
 lim, nec quinque, sed quatuor membra numerem: reliquam
 sententiam promptus ingredior. Ita modice quoque dissentim-
 us ab HEINECCIO. Non pertinaciter negamus, de mem-
 bris deque incisis fusam dici: tantum id cupimus probare cuius,
 veteres fusa oratione designasse simul copiam. Ut enim Tullius,
 loco laudato, et Herodotum et Thucydidem profert, qui par-
 ci fuerint in struendis periodis, in membris vero fundendis fre-
 quentes: ita utrumque cum Xenophonte, qui studiosior est pe-
 riodorum architectus, ob eloquentiam rerumue frequentiam
 quoque laudat. Postremo Timaeum commendat, sententiarum
 varietate abundantissimum, et ipsa compositione verborum
 non impolitum. (c. XIII. l. c.) Talis historia munus est orato-
 ris. (c. XV.) Talem genus orationis fusum ornat. (ibidem)
 Itaque viro elegantissimo ex parte nunc conciliati, dum con-
 cedimus, in oratione soluta copiam reperiri posse, qualis e. c.
 Herodoti est; transimus ad veteres, videbimusque, num qua-
 ratione nostram sententiam stabilire queamus. Quod vt
 fiat, iterum Tullii monimenta percurramus; in quibus sup-
 pediat locus, qui nos bene adiuuet in Orat. c. XXX. De se
 ipse loquitur Cicero, seuere retractans: *ieiunas buius multipli-
 cis, et aequabiliter in omnia genera fusae orationis aures ci-
 vitatis accepimus: easque nos primi, quicunque eramus, et*
qua-

quantulumcunque dicebamus, ad cuius generis dicendi, audiendi incredibilia studia conuertimus. Quantis illa clamoribus adolescentuli diximus de suppicio parricidarum? quae nequaquam satis deferuisse, post aliquanto sentire coepimus. Quid enim tam commune, quam spiritus viuis, terra mortuis, mare fluctuantibus, litus eiecit? Ita viuunt, dum possunt, ut ducere animam de celo non queant: ita moriuntur, ut eorum ossa terra non tangatur: ita iactantur fluctibus, ut nunquam abluantur: ita postremo eiiciuntur, ut ne ad saxa quidem conquiescant, et quae sequuntur. — Nec vero hic unus erat ardor in nobis, ut hoc modo omnia diceremus. Ipsa enim illa pro Roscio iuuenilis redundanter multa habet attenuata, quedam etiam paullo biliora. Hic ne verbum quidem addo. Clara res est, et per se constituta Reliqua curo. Nam illud audiendum est in Bruto c. XXXI. Non sine causa, propterea quod istorum in dialecticis omnis cura consumitur: vagum illud orationis, et fusum, et multiplex non admibetur genus. Tuis autem auunculus, quemadmodum scis, habet a Stoicis id, quod ab illis petendum fuit: sed dicere didicit a dicendi magistris, eorumque more se exercuit. Quod si omnia a philosophis essent petenda: Peripateticorum institutis commodius fingeretur oratio. Idem fere iisdem haberes verbis, quod est in sermone Messalae. Dialecticis enim fusum dicendi genus non conceditur: Peripateticis facilius tribui posse dicitur. Sic Quintilianus quoque, ut a Tullio discedam, fusum dicit Aescinum magis; quoniam copiosior sit Demosthene, in quo nec quod desit, nec quod redundet, iuuenias. Instit X, i. Sed diximus non modo copiam requirire fusum loquendi genus, sed a contorto etiam sciungi. Quod ita euincendum est, ut nostrae interpretationi minime repugnare iudicetur. Est vero contorta oratio non diuersa ab acri, siue vehementi (vid. Orat. c. 20.) Non enim contortam intelligo,

go, quae per ambitum circumducta quasi contorqueatur, sed quae, ut hasta motu, ita celeritate pronuntiationis, breuitate feruida, repentina interrogatione, subita responsione, tempestiuia repetitione, non inepta dissolutione, gradatione, aut aliis impetus oratorii artificiis vim, penetrantem in animos, consequatur. Ita saltem fallaces conclusiunculae appellantur *contorta et aculeata quaedam soppisata*. Acad. Quaest. IV. 24. Nec de alia re, nisi de acutis et ad persuadendum siue breuitate, siue fraude valentibus loquitur conclusionibus Cicero, vbi *contortiones orationis appellat* de Fato c. 8. Philosophus vero vbi argumenta contorquet fraudulenter: nonne ibi acer, vehebens et fortis pugnabit orator? Huic fidem interpretationi facit de Archilocho QVINCTILIANI iudicium lib. X. 1. *Summa in hoc vis elocutionis, cum validae, tum breues vibrantes sententiae, plurimum sanguinis atque neruorum.* Eadem enim ratione, qua contortae, vibrantes dicuntur sententiae. An, si de vincla, quam de contentione dicendi, malumus accipere orationem contortam: nonne illa quoque vti potest orator in concitando et permouendo? Tullium certe, cum maxime imperium oratoris fecutus est, tum video nunc soluta, nunc vincla rsum esse oratione. Pro Roscio Am. c. 20. In Verr. II. 51. IIII. 35. 39. 40. 41. Idcirco remanet in fusa oratione lenitatis non nihil, tametsi copia insit; de quo vtroque genere interdum loquimur, cum fulsam nuncupamus. Quae cum ita se habeant; quis non videt, recte a nobis Messalam censeri Peripateticis tribuisse copiam, lenitatem quadam ornatam, quae ab arguta Dialecticorum breuitate aequa distet, atque ab aspera et contorta Academicorum pugnacitate? Sic Tullius tribuit Stoicis genus sermonis non fulsum ac profluens; eodemque ordine progreditur ad Peripateticos, quorum studium magis aptum oratori dicit; et prostremo incredibilem dicendi vim Carneadis vehementer

ter expetendam esse docet. (de Orat. II. 38.) Si quis autem est, qui existimet, secunditatem interpretationis nostrae, qua oratio fusă duplē gerit significatum, minus esse approbandam, quia lenitas potius tractam, siue aequabilem attingat: ille sci-
at, nos ipsi libenter consentire; adiunxisse autem lenitatem fusae, quod vel opposita contortio id fieri coegerit, vel fusă
tracta simul et aequabilis esse non modo possit, sed Tullii pre-
cepto, apud historiarum scriptores, quoque debeat.

§. X.

At quaeret fortasse quispiam, quid fieri sic de oratione aequali? cum *Oratio ae-*
ante dictum est, eam nec fusam esse, nec nomen eius apud alios occur-
rere. Si dicendum, quod sentio, equidem nullus dubito, aequalem
apud nostrum esse, quae a Tullio aequabilis nominetur. Primum enim
vtriusque verbi potestas non genere, sed forma differt, ideoque com-
mutari facile possunt, sicut pleraque alia, quae uno genere comprehen-
duntur. Prosperam fortunam omnes cum Cicерone aequabilem voca-
mus, quam latine aequalem quoque dixeris? Deinde ad intelligendam
aequabilitatis notionem, quae conueniat eriam aequalitati, viam nobis
aperiuimus et strauimus eo, quod de fusa oratione diximus. Nam si
cum fusum genus inter minutum, siue arctum, et inter redundans, et vim
dicendi esse apparet: ita aequabile reperitur inter inbecillitatem et gra-
*cilitatem, interque contentionem et asperitatem. Sic *temperatam* illam*
vocat aequabilitatem Cicero de Offic. initio. Quare oratio aequabilis sit
illa quidem copiosa, nec ramen nimium exasperans, non ieurna,
non fluctuans, non pugnans, non verborum numerorumque ornatu-
carens. Talis enim profecto est, quam ipse aequabilem dixit, Tullii
*moderatissima et iucundissima de Officiis disputatio. Atque huiuscemo-
di procul dubio illa iudicanda, quam aequalem vocat Messala: copio-*
sa, quia est fusa; non redundans, quia laudibus cohonestata et com-
medata; non ieurna, quod adstrictae atque exili dicendi rationi oppo-
nitur; non fluctuans, cum aequaliter constanterque ingreditur; non
pugnax ideo, quod singulatim narratur pugnacitas; non denique sine
numeris leniter suauiterque cadentibus, alioqui fusa et aequalis esse non

possit. Scilicet amice inter se conuenient aquabilitas, et apta verborum
 colloccatio, quae *lenis orationis tractus* nuncupatur de Oratore II. 13.
 Neque aliter hoc esse potest, quatenus ex copia nascuntur periodi, anti-
 theta, et paria cum paribus, vel contraria cum contrariis posita: ex
 his autem numerosa plerumque, necesse est, ut existat oratio. Huic
 generi, ut opinor, similis est apud Sallustium illa Caesaris oratio: quam,
 si cum Catonis sententia contuleris, videbis lenem esse, non pugnacem;
 si copiae rationem habueris, fusam, non exilem; verba si cogitaris,
 aequalem, non hiulcam; ad numerum si attenderis, membris et pe-
 rioidis, quamquam his quidem oppido paucis, suauem, non aut solis
 membris fluxam, aut per incisa procurrentem. Neque vero di-
 cimus, hanc vel a Cæsare sic habitam esse, vel ad Peripateeticos refe-
 rendum esse Sallustium: sed exempli loco eam ponimus, quo aequalitas
 notio illustretur. Iam vero ad interpretandum nihil superest, quam
 ex tribus propositionis quod erat ultimum, ex communibus ducta sensibus
 oratio. Quae vero ex communi sensu, cuius intelligentiam, tam re-
 conditam et difficilem, quam ignoratam vulgo et perperam neglectam,
 oratori vult inesse CICERO (de Orat. II. 16.) et QUINTILIANVS
 (lib. I. 2.) sumta est oratio, ea, ut brevis sim, conuenit cum populari-
 tate. Haec autem nihil est aliud, nisi studium retinendæ et exprimen-
 dæ naturalis hominum facultatis et intelligendi et experendi, qua con-
 tinentur insitiae, ut nonnulli loquuntur, notiones; quae cuique cum
 altero sunt communes. Etenim illae versantur in sentiendi, cogitandi,
 imaginandi, iudicandi, ratiocinandi facultate, hominum generi ab ipsa
 natura tributa; quae tamen, ut a rhetore spectatur, doctrinae quadam
 ratione et conformatioe aucta esse possit et perpolita. Non enim id,
 quod populare dicitur in arte, respuit omnino doctrinae speciem, quippe
 aliqua etiam est institutio, quae populi plebisque sive propria, qua-
 que illa in dicendo popularitas dirigatur. Sit vero populare, non mo-
 do in rebus, sed etiam in verbis, ut rerum argumentorum sive ma-
 teries, sive tractatio in populi captum cadat, et verba dicendique torum
 genus conferuetur, quod tantum a scholis et cuiusque artis interiori ha-
 bitu recedat, quantum ad peruvulgatum linguae usum, agrestem non dico
 et plebeium, sed urbanum et cultiorem scienter continenterque inclinet.
 Quo quidem in negotio veteres habemus exitios magistros pariter, at-
 que

que artifices, quorum principes sunt Cicero, quoties fere ad Quirites aut de religione, aut de populi Romani moribus loquitur; Cæsar in Commentariis, cum militares singit conciones; denique Livius in quam plurimis, quas intexit, orationibus. Horum simplicitatem si qui nostra aerae aut fastidiant, aut fuso suo postponunt; viderint, ne, quoniam de Romanorum non magis, quam Germanorum lingua valet, in se dictum putetur, quod egregie in hanc rem praecipit Quintilianus lib. XII. 10. Falluntur plurimum, qui vitiosum et corruptum dicendi genus, quod aut verborum licentia resultat, aut puerilibus sententiolis lascivit, aut immodico tumore turgescit, aut inanibus locis bacchatur, aut casuris, si leviter excutiantur, flosculis nitet, aut præcipit pro sublimibus habet, aut specie libertatis insanit: magis exquisitum populare atque plausibile. Cuiuscemodi ergo valeant λογοδιδάσκαιοι, nouae monstria eloquentiae sibi habeant, multo strepitu, quantum liber, ipsi plaudentes, si quam forte formulam, sublimem nimirum aut ingeniosam, laborioso partu excluderint. Nam vt ad veteres reuocetur, unde huc declinavit oratio, quare communis sensus intelligentia detur Peripateticis, proferendum nunc videtur.

§. XI.

Sed vt fidem soluamus, hoc tantisper seposito, ad fusam et ae- ^{Peripateticis}
qualem prius orationem regredendum, et haec qua de causa iisdem ^{fusis}
Peripateticis attribuatur, declarandum est. Primum igitur copia in hac
philosophia laudabatur. Idque si mea mente cogitationibusque voluo;
causa occurrit non dubia illa quidem, et ab ipso Messala in Dialogo
adiecta. Sic enim ille: *hi apertos et in omnem disputationem paratos
iam locos dabunt.* His verbis lectis, quotusquisque est, qui non illico
locis, a Peripateticis traditis, copiam inesse perspiciat? Nam cum co-
pia (de rebus loquimur, non verbis) in quadruplici versetur genere,
quae sunt argumenta, artificiosa et inartificiosa, testimonia, similia, et
exempla; haec vero certis ac definitiis locis debeantur: quis dubitabit,
vt quisque locis fuerit instrutissimus, ita eum dicturum esse copio-
fusime? Hoc etsi certum est, quam quod certissimum; liceat tamen,
sive quod ante idem fecimus, sive quod nostra in hac re nulla est au-
toritas, Ciceronis adhibere testimonium. Atque illum non dico, Mar-

cum

cum filium impense ad Peripateticæ philosophiae studium, diuturnumque usum horari eodem loco, quo viriusque orationis facultatem excendam doceat augendamque: (de Offic. initio) non moror, *Stoicos syllabatim dixisse*, *Aristotelem vero flumen orationis aureum sudisse*; ut apud eundem est in Quæstionibus Acad. IV. 38. nolo in medium afferre, *Aristotelem adolescentes, nos ad philosophorum morem tenuiter differendi, sed ad copiam rhetorum, in viramque partem, ut ornatius et uberiori dici possit, exercuisse, eundemque locos, — quasi argumentorum notas tradidisse, unde ornatis in viramque partem trahetur oratio:* (in Orat. c. 14.) hoc unum laudo ab eo dictum: nec latius, nec copiosus de magnis variisque rebus sine philosophia posse quemquam dicere. (ibid. c. 4.). Quam laudem, sane commemorabilem, facere non possumus, quia ibi Peripateticorum priam dicamus. Noli enim de vnijs Academias spatiis capere, quoniam non modo horum, sed et aliorum philosophorum disputationibus et exagitatus maxime orator est, et adiutus. (ibid. c. 3.). Hi alii, qui laudantur, certe non sunt Stoici. Nam eos plerumque despicit, quod angustæ exiliterque dicant. Nec sunt Epicurei, nullam in dicendo laudem consecuti. Non denique Cynici, aut Sceptici, quorum alteri verecundiae inimici, alteri quid bene dicere sit ignorantes, et num quis bene loquatur dubitantes, dicendi autores esse non possunt. Quocirca reliquos video Peripateticos, quorum praecipuis, et exercitationibus formatum velit oratorem, ut ubertatem et quasi fulgam dicendi ab illis ducat. Nec vero fusum, id quod exquirimus, totum continetur copia; sed adiunctum sibi habet quiddam lenitatis. Est enim fusum simul tractum et aequabile; unde lenne quoque sit, necesse est. Atque in hanc sententiam en tibi Tullium de Peripateticis differentem: *Quamquam et philosophi quidam ornate locuti sunt, (siquidem et Theophrastus diuinitate loquendi nomen inuenit, et Aristoteles Isocratem ipsum lacessit, et Xenophontis voce Musas quasi locutas ferunt —) tamen horum oratio neque neruos, neque aculeos oratorios, ac forenses babet.* Loquuntur cum doctis, quorum sedare animos molunt, quam incitare. (in Orat. XIX.) Quodsi Aristoteles et Theophrastus, de rebus placatis, ac minime turbulentis, docendi causa, non capienda, loquentes iudicia.

iudicialium orationum asperitate vique non viuntur: lenem illorum quidem orationem dici posse, in aprico est; de qua illud valeat, quod eodem loco de philosophorum oratione dicitur: *nihil iratum habet, nihil inuidum, nihil arox, nihil astutum.* Apposite vero etiam Messala, cum Stoicis adstrictam adiudicasset orationem, quae acumine haud desumpta, ad docendum vel maxime apta est et composita; Peripateticis lenitatem, ad animos hominum alliciendos et conciliandos vitalem, ac potius necessariam, assignauit, sediecta insuper pugnacitate Academicorum. Video enim Antonium illum suae in dicendo facultatis similier has tres rationes constituisse: unam conciliandorum hominum, alteram docendorum, tertiam concitandorum; quarum trium prima lenitatem orationis, secunda acumen, tertia vim desideraret, uoniam necesse sit, ut is, qui nobis causam adiudicaturus sit, aut inclinatione voluntatis propendeat in nos, aut defensionis argumentis adducatur, aut animi permotione cogatur. (de Orat. II. c. 29.)

§ XII.

Deinde dictum fuit, orationem aqualem numerorum aperte concin-
neque cadentium suavitatem non modo non respuere, sed sine illa ne
facile quidem esse posse. Natura enim ipsa cum quasi hominum oratio-
nem moduletur, in omni verbo ponens acutam vocem, nec una plures,
nec a postrema syllaba longe remotas: qui variet inter se mutetque ver-
ba, horum sonum vel intendendo, vel remittendo, atque sic naturam,
optimam ubique magistrum, sequatur, eundem numerofa quodammodo
vsiuram esse oratione, nihil dubitandum est. Huic rei eti si argumen-
to sunt Nepos, Caesar et Iustinus, in genere historico satis clari, nec
in numero contemendi, nolumus tamen committere, ut, de Peripa-
teticis quomodo talis oratio laudetur, praeterisse videamur. Prouoca-
mus autem cum ad suavitatem, Aristotelii, vel huius institutorum aemulo,
Theophrasto laudi magnae dari solitam, et a QVINCTILIANO utri-
que Instit. X. 1. et ab ipso TULLIO saepe, nominatim huic ad Tre-
batium cap. I. illi vero de Fin. lib. 1. 9. et toti sectae cap. XXXI, in Bru-
to, vbi Academicorum et Peripateticorum familia simul praedicatur pro

H

eo,

eo, quod horum *in doctrina atque praecepsis differendi ratio coniungitur cum suauitate dicendi*: tum vel maxime nitimus praceptionibus de numeroſa oratione, quas ſuo tempore per diligenter traxit, ſuiffe diſcipulis non tam ad audiendum, quam imitandum et faciendum ipſe reliquit Aristoteles; vt intelligere licet ex arte Rhet. lib. III. 8. Eſt haec, quod nemo negabit, peruetus hominum confuetudo, vt, ſi quam ma- gistrī artem, aut praceptionem eximie proficiunt, eam diſcipuli quo- que haud raro magni facere, et retinere iſtituant. Id cur apud Peri- pateticos hac quidem in re accidisse negemus, neque natura hominum, ſui ſemper ſimilis, nec, quae de libris Peripateticorum veterum aut ac- cepimus, aut feruata videmus, in cauſa eſſe poſſunt. Leg. Tullius in Orat. c. 51. 172. Adde catalogum Peripateticorum apud Fabricium in Bibl. Graeca lib. III. p. 271. Quare ſine dubio credibile, queles ſint Aristotelis praceptiones, talem fere orationem amatuos fuiffe huius cultores, praefertim cum negligendi, aut contemnendi cauſae ipſis non fuerunt. Quod enim ho- die videmus, non nullos, paucos illos quidem, ſed eo magis efferendos laudandosque, reperi viros doctos, qui, veratis studioſe philosophorum libris, male plerumque scriptis, horum peregrinitatem non ipſi modo cauerint, fed etiam cultioris et multo melioris dicendi generis hortando, praincipiendo, praeeundo auctiores extiterint; illud profecto vel parum ſaepe fit, vel in Aristotele nec locum habuit, nec a Peripateticis ita fieri oportuiffe, quisquam dixerit. Neque enim Aristoteli aut probabilis de- fuit oratio, aut ii fuerunt Peripatetici, qui cum paucis, quorum etiam nunc ſuperbae ſunt reliquiae, dicendi pracepta, vel laudabile ſcribendi genus ſpernerent, comiae terfaueque, qualem Aristoteles praeceperat, ora- tioni barbaras et ne fondo quidem auditas voces anteferrent, aut bene dicendi ſcribendique rationem vanam, inutilem erat, vt ipſe cum eius- modi loquar hominibus, minus intelligibilem dictitarent,

§. XIII.

Item horum Horum Peripateticorum, quorum dicendi curam in exemplum quin oratio fuit proponeremus, omittere noluimus, postremo commendata est popularis ritus; quae nunc vnde sit, breuiter adiungemus. Duplex illa erat: altera in

in verbis, altera in de rebus. Hanc, ut nihil iam de locis proferam, quibus Messalae, vti videtur, iudicio bene oratio fieri popularis diciur, laudat in iis Cicero (de Orat II. 38.) *Nostra oratio multitudinis est auribus accommodanda, ad oblectandos animos, ad impellendos, ad ea probanda, quae non aurificis flatera, sed quadam populari trutina examinantur.* — *Critolaum,* — puto, plus huic studio nostro prodeste potuisse. Erat enim ab ipso Aristotele. Vt raque Stoicis et aliis philosophis deesse; Peripateticorum vero et Academicorum discipline hac partu magis coniuncta esse oratori, ostenditur a TULLIO de Orat. III. 18. Ad haec, idem tam prudens orator, quam intelligens rhetor, Aristotelem et Theophrastum scripsisse, proditum reliquit literis, quo pacto sensibus hominum, ac mentibus oratio accommodaretur, de Or. I. 13. Et Aristotelem oratorem popularem formasse, quis nolet concedere, si quidem secum cogitarit, quam comode ad hanc dicendi virtutem, qua, haud scio, an melior alia sit et iucundior, ipse animorum perturbationes persecutus sit; quam accurate, mores in auditoribus spectandos esse, docuerit; quam populariter denique res quasdam explicauerit, vt de iis, quae fieri possunt, aut non possunt. Conf. lib. II. de A. Rhet. Reperi eriam Aristotelem, ut ob alias virtutes, ita ob perspicuitatem, quam omnino attingit popularitas, laudatum cum discipulis a Dionysio Halicarnasseo. Παραληπτεον δε καὶ Ἀριστοτέλη εἰς μημον της τε περι την ἐργασίαν δεινοτήτος, καὶ της σαφνείας, καὶ τη ἡδος καὶ πολυμαθεός. τούτῳ γαρ ἔσι μαλισκα πάρα τη ἀνδρος λαβεν. Φιλοτιμωμέθα δάντε καὶ τοις μαθηταις εντυγχανεν, ἐδε ἐλαττονος οὐτι σπεδεις αξιοις. Imitandus quoque est Aristoteles, cum ob summam, quam in elocutione adhibet, dicendivim, et perspicuitatem; tum propter iucunditatem et multarum rerum perspicientiam. Hanc enim maxime ab eo licet discere. Huius autem discipulis enixe quoque operam demus, paristudio non indignis. Vid. ed. Sylb. T. II. p. 70.) De qua laude nihil praeterea addimus, quo facilius veniam impetrerimus, breuiter hic et in transcurso quasi adscribendi, que paullo ante idem scriptor de Pythagoricorum studio haberet, ne quis forte hos saltem ab antiquis spretos, et ab oratoris ysu remotos existimet. Των φιλοσοφων διαναγωνεον τε

τε Πυθαγορικες, της σεμνοτητος και των ιδων και των δογματων ενεκεν· ει μην αλλα και της απαγγελιας μεγαλοπρεπεις γαρ τη λεξι και ποιητικοι. και εδι παραλειτηστην τα φημειαν, αλλα περισσανη τη δικλεκτω χρωμενοι. *E philosophis legendi sunt Pythagorei propter grauitatem, et mores, et sententias: nec orationis quidem habitus spernendus.* Nam magnifica et poetis decora est oratio illorum. *Nec migrans perspicuitatem, sed mixto loquendi modo utuntur.* Itaque hos, non quidem reticendos, sed alias paullo alieniores a Dialogo nostro, in oratoris instrumento satis sit, breuiter attigisse.

Ceterum hic et Aristotelem, et Theophrastum ob ethicas egregie traditam laudare possem, et separatis demonstrare, quantopere ob eam unam disciplinam Peripateici ab oratore aestimari mereantur. Sed de vnu ethicas locus erit quæstioni, vbi de recentioribus philosophis loquemur; hic breuitatis studio Vossi modo suffragium exhibeo, cuius auctoritate nos palam nitamus, qui idem ab aliis latenter factum vidimus. Sententia eius Instit. Orat. lib. I. c. 2. 2. haec est: *lique eum, qui orator est futurus, duabus in primis disciplinis imbutum esse oportere, Logicis, ut argumentandi sit peritus, et Eticis, quo virtutes vitaque novit, et perspectum habeat, quod homines ad spem, metum, iram conciret.* Si ergo ethica necessaria est oratori, et Peripateticis hanc professi sunt, non potest absente, quin ob eam hi fuerint commendandi. Ac de Peripateticis quidem diximus. Academicorum vero quae, et qualis sit pugnacitas, hoc tempore longum est narrare. Placet enim finis, quibus disputandae rei inclusa est tractatio, transgrediendo longius non excedere.



ULB Halle
004 057 996

3



v278

56



Farbkarte #13



427
DE 1928 K 944 L 517

ORATORIS INSTRVMENTO
PHILOSOPHICO
AD CAP. XXXI. DIALOGI
DE
CORRVPTA ELOQVENTIA
ITERVM DISPVTABIT
THEODORVS IOANNES ABRAHAM
S C H V T Z E
A. M. SCHOLAE VITEBERGENSIS CON-RECTOR
D. MAII MDCCCLXIX.
H. L. Q. C.
RESPONDENTE
CAROLO GOTTLIEB VVALTHERO
OELSENGRUND MISN. THEOL. CVLT.



VITEBERGAE
EX OFFICINA GERDESIANA.

1769

